erit ex aqua & spu non intrabit in
regnum caelorum. Quid habeat
secretior diiudicatio di hominibus
quales possumus difficile est fortasse
cognoscere. Quantum tamen ad
ipsa uerba attinet. cuilibet homini
manifestum est. Quantum distet
inter non habet necessitatem lauan
di. & non intrabit in regnum caelo
rum. Ipsa denique ecclesia sic tradi
tum tenet. ut hominem sine baptis
mo ad altare prorsus non possit ad
mittere. Rebaptizatum autem
cum post paenitentiam liceat ad
mitti. Quid aliud ostenditur. nisi
eum baptismo non carere. Si ergo
cyprianus quos esse sine baptismo
arbitrabatur. tamen propter uni
tatis uinculum ad ueniam pertinere
praesumebat. Potens est dns per
ipsum uinculum unitatis & pacis.
etiam rebaptizatis placari. & eis
a quibus rebaptizati sunt ex ipsa pa
cis compensatione mitescere. &
omnia quae in errore commiserant
delicta donare. offerentibus sacri

ficium caritatis quae cooperit mul
titudinem peccatorum. Ut non atten
dat quam multi eorum discessu uul
nerati sunt. sed quam plures eorum
reditu liberati. In quo enim uinculo
pacis credidit cyprianus posse per mi
sericordiam di ab ecclesiae muneribus
non separari eos quos in ecclesiam
sine baptismo existimabat admissos.
In eodem uinculo pacis credimus
per eandem misericordiam di. mereri
posse ueniam rebaptizatos. Eccle
sia quippe catholica temporibus
beati cypriani. & ante ipsum praete
rito tempore aut rebaptizatos aut
baptismum non habentes. unitatis
gremio continebat. Aut illi salutem
non nisi unitatis ipsius merito con
secuti sunt. Si enim non habebant
baptismum qui ab hereticis ueniebant.
sicut asserit cyprianus non recte ad
mittebantur. & tamen eisdem ipse
indulgentiam de dni misericordia
propter unitatem ecclesiae non despera
uit. Ita ergo si habebant baptismum
non recte baptizabantur. Quid itaq.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0049